

---

# BOLETIN OFICIAL

DEL

Obispado de Osma.

---

## MOTU PROPRIO

Quo quaedam statuuntur leges ad Modernismi periculum  
propulsandum

---

### DE SACRA PRAEDICATIONE

Quandoquidem praeterea diuturna observatione sit cognitum Nobis, episcoporum curis ut annuntietur divinum Verbum pares non respondere fructus, idque, non tam audientium desidia, quam oratorum iactantiae tribuendum putemus, qui hominis verbum exhibent magis quam Dei, opportunum censuimus, latine versum evulgare atque Ordinariis commendare documentum, iussu Decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII a Sacra Congregatione episcoporum et regularium editu die xxxi mensis Iulii anno MDCCCXCIV et ad Ordinarios Italiae atque ad religiosarum Familiarum Congregationumque moderatores transmissum.

1.º «En in primis quod ad ea pertinet virtutum ornamenta quibus sacri oratores emineant potissimum oportet, caveant ipsi Ordinarii ac religiosarum familiarum Moderatores ne unquam sanctum hoc et salutare divini verbi ministerium iis credant qui nec pietate in Deum nec in Christum Filium eius Dominum nostrum

caritate ornentur ac redundant. Istae enim si in catholicae doctrinae praeconibus desiderentur animi dotes, quavis tandem iis polleant dicendi facultate, aliud nihil profecto praestabunt quam *aes sonans, aut cymbalum tinniens* (1): neque unquam id ipsis suppetet a quo evangelicae praedicationis vis omnis ac virtus derivatur, studium videlicet divinae gloriae aeternaeque animorum salutis. Quae quidem oratoribus sacris apprimè necessaria pietas, eluceat oportet etiam in externa vitae eorumdem ratione, ne sermone celebratis praeceptis institutisque christianis disserentium mores refragentur: neve iidem opere destruant quod aedificant verbo. Ne quid praeterea profani pietas eiusmodi redoleat: verum ea sit praedita gravitate, ut probet eos esse revera *Ministros Christi, et dispensatores misteriorum Dei* (2). Secus enim, ut scite animadvertit Angelicus *si doctrina est bona et praedicator malus, ipse est occasio blasphemiae doctrinae Dei* (3).—At vero pietati ceterisque christianis virtutibus comes ne desit scientia: quum et per se pateat, et diuturna experientia comprobetur, nec sapiens, nec compositum, nec frugiferum dicendi genus posse ab iis afferri, qui doctrina, praesertim sacra, non affluant, quique ingenita quadam freti celeritate verborum, suggestum temere adscendunt ac ferme imparati. Hi profecto aerem verberant, et inscii divina eloquia contemptui obiiciunt ac derisioni; plane digni quibus aptetur divina illa sententia: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi* (4).»

2.º Igitur episcopi et religiosarum familiarum antistites divini verbi ministerium ne cui sacerdoti committant, nisi ante constiterit, ipsum esse pietatis doctrinaeque copia rite instructum. Idem sedulo advigi-

- 
- (1) *Cor.* XIII, I.  
(2) *I Cor.*, IV, I.  
(3) *Comm. in Matth.*, v.  
(4) *Os.* VI, 6:

lent ut ea tantum pertractanda sumantur, quae sacrae praedicationis sunt propria. Quae vero eiusmodi sint Christus Dominus tunc aperuit quum ait: *Praedicate evangelium...* (1). *Docentes eos servare omnia] quaecunque mandavi vobis* (2). Ad quae verba acte S. Thomas; *Prædicatores debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, et modo comminando, modo exhortando, hominibus praedicare* (3). Et sacrosanctum Concilium Tridentinum: *Annuntiantes eis vitia, quae eos declinare, et virtutes quas sectari oportet, ut poenam aeternam evadere et caelestem gloriam consequi valeant* (4). Quae omnia fusiore calamo persequutus f. r. Pius IX haec scripsit: «Non semetipsos, sed Christum crucifixum praedicantes sanctissimae religionis nostrae dogmata et praecepta, iuxta catholicae Ecclesiae et Patrum doctrinam, gravi ac splendido orationis genere, populo clare aperteque annuncient; peculiaribus singulorum officia accurate explicent, omnesque a flagitiis deterreant, ad pietatem inflamment, quo fideles, Dei verbo salubriter relecti, vitia omnia declinent, virtutes sectentur, atque ita aeternas poenas evadere et coelestem gloriam consequi valeant» (5). Ex quibus omnibus perspicuum fit, symbolum Apostolorum, divinum decalogum, Ecclesiae praecepta, Sacramenta, virtutes ac vitia, sua cuiusque conditionis officia, novissima hominis et cetera id genus aeterna vera, haec esse propria argumenta de quibus oporteat concionari.»

3.º «Sed rerum talium copiam et uberrimam et gravissimam recentiores divini verbi ministri haud raro nil pensi habent; uti absoletum quid et inane negligunt ac pene abiiciunt. Hi nimirum quum probe comperitum habeant recensita rerum momenta captandae po-

- 
- (1) *Marc.* xvi, 15.
  - (2) *Matth.* xxviii, 20.
  - (3) *Loc. cit.*
  - (4) *Sess. V, cap. 2, De Reform.*
  - (5) *Litt. Enc. IX Nov. MCCCXLVI.*

pulari gratiae, cui tantum inhiant, minus esse idonea; *quae sua sunt quaerentes, non quae Iesu Christi* (1), eadem plane seponunt; idque rei ipsis quadragesimae diebus ac reliquis solemnioribus anni tempestatibus. Una vero cum rebus inmutantes nomina, antiquis concionibus recens quoddam ac minus recte intellectum alloquendi sufficiunt genus, quod CONFERENTIAM dicunt, menti cogitationique alliciendae magis aptum quam impellendae voluntati atque instaurandis moribus. Hi profecto haud secum seputant conciones morales omnibus, *conferentias* vix paucis prodesse; quorum si moribus diligentius perspectum fore inculcatam saepe castitatem, animi demissionem, obsequium in Ecclesiae auctoritatem, hoc ipso praeiudicatas de fide opiniones exuerent lucemque veritatis promptiore animo exciperent. Quod enim complures de religione prave sentiunt, maxime inter catholicas gentes, id effrenatis animi cupiditatibus potius est tribuendum, quam vitio aberrantis intelligentiae, secundum divinam sententiam: *De corde exeunt cogitationes malae... blasphemiae* (2). Hinc Augustinus Psalmistae referens verba: *Dixit insipiens in corde suo: non est Deus* (3), commentatur: *in corde suo, non in mente sua.*»

4.º «Haec tamen non ita sunt accipienda quasi sermones id genus per se omnino sint improbandi, quum contra, si apte tractentur, perutiles possint esse aut etiam necessarii ad refellendos errores, quibus religio impetitur. Sed amovenda omnino est a suggestu pompa illa dicendi, quae in quadam rerum contemplatione magis quam in actione versatur; quae civitatem spectat proprius quam religionem; quae denique specie nitet melius quam fructuum ubertate. Ea nempe omnia commentariis et academiis magis accommodata, dignitati atque amplitudini domus Dei minime congruunt.

(1) *Philip. II, 21.*

(2) *Matth. XV, 19.*

(3) *Psal. XIII, 1.*

Sermones autem, seu *conferentiae*, quae propositam habent religionis tuitionem contra hostiles impugnationes, etsi quandoque necessarii, non omnium tamen humeris apti sunt, sed validioribus. Atque ipsis quidem oratoribus eximiis magna est adhibenda cautela, quod eiusmodi defensiones haberi non decet nisi ubi tempus aut locus aut audientium conditio eas necessario postulent, spesque adsit non fore fructu vacuas: cuius rei iudicium legitimum penes Ordinarios esse ambiget nemo. Oportet praeterea in sermonibus id genus probandi vis sacris doctrinis multo plus quam humanae sapientiae verbis innitatur, omniaque nervose dicantur ac dilucide, ne forte mentibus auditorum haereant altius impressae falsae opiniones quam opposita vera, neve obiecta magis quam responsa percellant. Ante omnia vero illud cavendum, ne talium sermonum frequentia moralium concionum dignitatem deminuat ab usuve removeat, quasi hae inferioris ordinis essent ac minoris faciendae prae pugnae illo dicendi genere, adeoque concionatorum et auditorum vulgo relinquendae; quum contra verissimum sit conciones de moribus plerisque fidelibus esse maxime necessarias; dignitate vero contentiosis disceptationibus minime cedere: ita ut vel a praestantissimis oratoribus, coram quovis elegantiore frequentiorique coetu, saltem identidem summo cum studio essent habendae. Quod nisi fiat, multitudo fidelium cogetur audire semper loquentem de erroribus, a quibus plerique ipsorum abhorrent; nunquam de vitiis ac noxis, quibus eiusmodi auditoria prae ceteris inficiuntur.»

5.º Quod si vitiis haud vacat argumenti delectus, alia, eaque graviora etiam, querenda occurrunt si animum quis referat ad orationis speciem ac formam. Quae, prout egregie edisserit Aquinas, ut reapse sit «lux mundi, tria debet habere praedicator verbi divini: primum est stabilitas, ut non deviet a veritate: secundum est claritas, ut non doceat cum obscuritate:

tertium est utilitas, ut quaerat Dei laudem et non suam (1).» At vero forma hodierna dicendi saepenumero, non modo longe abest ab illa evangelica perspicuitate ac simplicitate quae iisdem deberet esse propria, sed tota posita est in verborum anfractibus atque abditis rebus, quae communem populi captum excedunt. Dolenda sane res ac prophetae deflenda verbis? *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* (2). Sed illud etiam miserius, quod saepe his concionibus deest illa species religionis, flatus ille christianae pietatis, illa denique vis divina ac Sancti Spiritus interius loquentis et ad bonum pie permoventis animos: qua sane vi ac virtute sacris praeconibus semper essent usurpanda Apostoli verba: *Sermo meus praedicationis mea, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis* (3). Iidem contra freti *persuasibilibus* humana sapientiae verbis, vix aut ne vix quidem animum ad divinae eloquia intendunt Scripturas Sanctas, quae sacrae praedicationi potiores uberiorisque recludunt latices, uti diserte docebat nuper Sanctissimus Dominus Leo XIII hi ce verbis gravissimis:

«Haec propria et singularis Scripturarum virtus, a divino afflatu Spiritus Sancti profecta, ea est quae oratori sacro auctoritatem addit, apostolicam praebet dicendi libertatem, nervosam vitricemque tribuit eloquentiam. Quisquis enim divini verbi spiritum et robur eloquendo refert, ille non loquitur *in sermone tantum sed et in virtute, et in Spiritu Sancto et in plenitudine multa* (4). Quamobrem ii dicendi sunt praepostere improvideque facere, qui ita conciones de religione habent et praecepta divina enunciant, nihil ut fere afferant nisi humanae scientiae et prudentiae verba, suis magis

- 
- (1) Loc. cit.  
(2) *Thren*, IV, 4.  
(3) I *Cor.* II, 4.  
(4) I *Thess.* I, 5.

argumentis quam divinis innixi. Istorum scilicet orationem, quantumvis nitentem luminibus, languescere et frigere necesse est, utpote quae igne careat sermonis Dei, eandemque longe abesse ab illa, qua divinus sermo pollet virtute: *Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus* (1). Quamquam hoc etiam prudentioribus assentiendum est, inesse in sacris Litteris mire variam et uborem magnisque dignam rebus eloquentiam; id quod Augustinus pervidit diserteque arguit (2), atque res ipsa confirmat prestantissimorum in oratoribus sacris, qui nomen suum assiduae Bibliorum consuetudini piaequae meditationi se precipue debere, grati Deo, affirmarunt (3).

«En igitur eloquentiae sacrae fons facile princeps, Biblia. Sed qui ad nova exempla componuntur praecones, dicendi copiam non e fonte hauriunt aquae vivae, sed abusu haud sanae ferendo, se ad humanae sapientiae cisternas dissipatas convertunt, et seposita doctrina divinitus inspirata, vel Ecclesiae Patrum et Conciliorum, toti sunt in profanorum recentiorumque atque adeo viventium scriptorum nominibus sententiisque proferendis: quae sane sententiam saepe interpretationibus ansam praebent, aut ambiguas aut valde periculosas.—  
«Alterum offensionis caput iniiciunt qui ita de rebus religionis disserunt, quasi omnia caducae huius vitae emolumentis commodisque metiantur, futurae ac sempiternae penae obliti: qui fructus quidem a christiana religione illatos hominum societati praeclare persequuntur; officia vero ab iisdem servanda dissimulant; Christi Servatoris unam efferunt caritatem; iustitiam silent. Inde istius praedicationis exiguus fructus, qua audita profanus homo persuasionem secumfert, etiam non mutatis moribus se fore christianum, dum dicat:

(1) *Hebr.* iv, 12.

(2) *De Doctr. christ.* iv, 6, 7.

(3) *Litt. encycl. de Studiis Script. Sacr.*, xviii nov. mdcccxciii.

Credo in Christum Iesum» (1). Verum, quid ipsorum interest fructus colligere? non id sane propositum habent, sed illud maxime, ut auditorum *prurientes auribus* iisdem assententur: dumque templa referta videant, vacuos animos remanere patiuntur. Hac nempe de causa mentionem iniiciunt nullam de peccato, de novissimis, aliisque maximi momenti rebus, sed in eo toti sunt ut *verba placentia* effundant, tribunicia magis et profana eloquentia quam apostolica et sacra, ut clamores plaususque aucupentur; contra quos ita Hieronymus; *Docente in Ecclesia te, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: auditorum lacrimae laudes tuae sint* (2) Quo fit ut istorum conciones, quum in sacris aedibus tum extra, scenicum quemdam apparatus exhibeant, omnemque speciem sanctitatis et efficaciam adimant. Hinc ab auribus populi et plurium etiam e clero migravit voluptas omnis quae a divino verbo hauritur; hinc bonis omnibus iniectae offensiones; hinc vel admodum exiguus, vel plane nullus aberrantium profectus, qui, etiamsi interdum concurrant audituri verba placentia, praesertim si magnificis illis illecti centies resonantibus *humanitatis adscensum, patriam, scientiam recentius invectam*, postquam dicendi peritum effuso prosequuti sunt plausu, templo iisdem qui antea discedunt, haud eorum aesimiles, qui *mirabantur, sed non convertebantur*» (3).

«Volens igitur haec Sacra Congregatio, ex mandato Sanctissimi Domini Nostri, tot ac tam improbandos abusus cohibere, Episcopos omnes et eos, qui religiosi Familiis institutisve ecclesiasticis praesunt tamquam supremi moderatores, compellat, ut apostolico pectore sese iisdem opponant omnique studio exstirpandos curent. Memores igitur eorum, quae a SS. Con-

---

(1) Card. BAUSA, Archiep. Florentin., *ad iuniorum clerum*, 1891.

(2) *Ad Nepotiam*.

(3) Ex Aug. in *Matt.*, XIX, 25.



cilio Tridentino praescripta sunt (1).—*Viros idoneos ad iuiusmodi praedicationis officium assumere tenentur*,—in hoc negotio perquam diligenter cauteque se gerant. Si de sacerdotibus agatur suae dioecesis impense caveant Ordinarii ne unquam iidem ad id muneris admittantur, quin *prius de vita et scientia et moribus probati fuerint* (2) hoc est, nisi facto periculo aut alia opportuna ratione illos idoneos esse constiterit. Si vero de sacerdotibus res sit alienae dioecesis, neminem suggestum adscendere sinant, idque solemnioribus praesertim diebus, nisi prius ex testimonio scripto proprii Ordinarii vel religiosi Antistitis constiterit eosdem bonis moribus esse praeditos eique muneris pares. Moderatores vero sui cuiusque Ordinis, Societatis vel Congregationis religiosae neminem prorsus ex propriae disciplinae alumni obire sinant concionatoris munus, eoque minus litterarum testimonio commendent locorum Ordinariis, nisi eiusdem perspectam habeant et morum probitatem et facultatem concionandi uti decet. Si quem vero commendatum sibi litteris orantem exceperint ac subinde experti cognoverint, eum in concionando a normis praesentium Litterarum discedere, cito in obsequium adigant. Quod si non audierit, a suggestu prohibeant, iis etiam, si opus fuerit, adhibitis canonicis poenis, quas res videatur postulare.»

Haec praescribenda censuimus aut recolenda, mandantes ut religiose observentur, gravitate permoti succrescentis in dies mali, cui serius occurri non potest sine summo periculo. Neque enim iam res est, quemadmodum ab initio, cum disputatoribus prodeuntibus *in vestimentis ovium*, sed cum apertis infensisque inimicis, iisque domesticis, qui facto foedere cum Ecclesiae capitalibus hostibus, propositam habent fidei eversionem. Sunt, hi nempe, quorum audacia adversus de-

---

(1) Sess. V, c. 2, *De reform.*

(2) Conc. Trid., Sess. V, c. 2, *De reform.*

ductam coelo sapientiam quotidie consurgit, cuius corrigendae sibi ius arrogant, quasi esset corrupta; renovandae, quasi esset senio confecta; augendae aptandaeque saeculi placitis, progressionibus, commodis, quasi eadem, non levitate paucorum, sed bono societatis esset adversa.

Hisce ausibus contra evangelicam doctrinam et ecclesiasticam traditionem nunquam satis opponetur vigilantiae aut severitatis nimium ab iis quibus commissa est sacri huius depositi custodia fidelis.

Quae igitur monita et salutaria mandata Motu hoc proprio ac certa scientia ediximus, ab universis catholici orbis quum Ordinariis tum etiam regularium Ordinum institutorumque ecclesiasticorum supremis Magistris religiosissime servanda, rata et firma consistere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die I mensis Septembris. anno MDCCCXC, Pontificatus Nostri octavo.

PIVS PP. X.

---

## S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

---

DECLARATIONES CIRCA MOTUM PROPRIUM «SACRORUM ANTISTITUM»

Propositis ad hanc Sacram Congregationem quae sequuntur dubiis circa Motum proprium *Sacrorum Antistitum*, datum die prima mensis huius:

I. An praeceptum quod nemo theologiae laurea sit donandus, nisi prius in philosophicis disciplinis lauream obtinuerit, vel saltem de curriculo in philosophia scholastica absoluto certum praebuerit testimonium, stricte sit observandum?

II. An praescriptio *Consilium vigilantiae* altero quoque mense congregandi sit item stricte intelligenda?

III. An tamen ii, qui *Consilium vigilantiae* constituunt, si longe distent a civitate episcopali et legitime impediti sint ab interveniendo, possint, adducta causa impedimenti, scripto transmittere relationem suam?

IV. An prohibitio alumni in seminariis et ecclesiasticis collegiis facta legendi diaria quaevis et commentaria quantumvis optima etiam ad iuvenes regulares in monasteriis et in congregationibus studiis operam dantes extendatur?

V. An *quotannis* doctores in seminariis teneantur textum, quem sibi quisque in docendo proposuerit, vel tractandas quaestiones, sive theses, Episcopis exhibere et ineunte anno iusiurandum dare?

VI. An idem quot annis praestare debeant suis moderatoribus doctores seu lectores in ordinibus religionis ante auspicias praelectiones?

VII. An ad iusiurandum praestandum teneantur confessarii et sacri concionatores iamdudum adprobati, et parochi, beneficiarii atque canonici in possessione beneficii, nec non officiales omnes in curiis episcopalibus et romanis congregationibus vel tribunalibus, religiosarumque familiarum et congregationum moderatores, qui in praesenti sunt in officio?

VIII. An in casibus particularibus, data iusta causa, Episcopi et Moderatores ordinum et congregationum religiosarum delegare possint ad recipiendum iuramentum sacerdotem aliquem sive saecularem sive regularem in aliqua dignitate vel officio constitutum?

IX. An ad Sanctum Officium sint deferendi non solum qui iusiurandum violaverint, sed etiam qui iusiurandi formulam subscribere renuerint?

X. An Episcopi et Moderatores regularium possint commendationis litteras absque nota concedere suis subditis, qui alibubi a praedicatione fuerint prohibiti?

XI. An invitari possint sacri oratores, qui in aliquo loco ab Episcopis fuerint improbati?

SSmus. Dominus Noster in audientia die 24 huius

mensis Emo. Cardinali Secretario Sacrae Congregationis Consistorialis concessa respondendum mandavit:

Ad I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII et IX affirmative; ad X et XI negative.

Jussit porro omnes vocatos iuriiurando obligari infra diem 31 Decembris huius anni.

Quoad VII vero dubium SSmus. benigne indulset, ut in locis a residentia Episcopi dissitis parochi, confessarii et doctores formulam iurisiurandi ad eosdem missam et praecognitam vel una simul cum vicariis foraneis vel etiam quisque singillatim proprio nomine signent, itemque beneficiarii in collegiatis ecclesiis, nec non religiosi in conventibus cum eorumdem Superioribus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 Septembris 1910.

C. CAR. DE LAI, *Secretarius*,

L. ✠ S.

Scipio Tecchi, *Adressor*.



# Plan de estudios del Seminario Conciliar de Osma

## Latín y Humanidades

CURSOS	Asignaturas	Clases	Textos y Autores
1.º	Latín (1.º curso).....	Doble	«Gramática hispano-latina» de D. Raimundo Miguel, y para traducir «Selecta ex optimis latinis auctoribus», de los PP. Jesuitas. Volumum 1.º
	Castellano (1.º curso).....	Diaria	«Compendio de la Gramática de la Lengua Castellana» dispuesta por la Real Academia de la Lengua.
	Historia Sagrada.....	Diaria	«Historia Sagrada del Antiguo y del Nuevo Testamento», por el Dr. D. L. Schuster, traducido por D. V. Ortí y Escolano.
2.º	Latín (2.º curso) .....	Doble	«Gramática hispano-latina» de D. Raimundo Miguel y Vol. II de Selecta ex optimis latinis auctoribus.
	Castellano (2.º curso).....	Diaria	«Compendio de la Gramática de la Lengua Castellana», por la Real Academia de la Lengua.
	Geografía.....	Diaria	Elementos de Geografía comparada por D. Félix Sanchez Casado.

3.º	} Retórica y Poética.....	Latín (3.º curso).....
		Castellano (3.º curso).....
		Perfección del Latín.....
4.º	} Análisis literarios de clásicos latinos y castellanos.....	Lengua Griega.....
		Todos Doctrina cristiana.....

Doble  
Diaria  
Diaria  
Doble  
Diaria  
Diaria  
Domingos

**FILOSOFIA**

1.º	} Lógica y Metafísica General.....	Aritmética y Algebra.....
		Historia Universal.....

Ocho semanales  
Diaria  
Tres semanales

Los de los cursos anteriores y Vol. III<sup>um</sup> de «Selecta ex optimis latinis auctoribus.»  
Los de los cursos anteriores.  
«Elementos de la literatura preceptiva», por el Dr. D. Marceló Macías y García.  
Los de los cursos anteriores y Vol. IV<sup>um</sup> de Selecta etc.  
«Selecta ex optimis latinis auctoribus» volumina quatuor, y modelo de literatura castellana del P. Agustí.  
«Gramática de Lengua Griega» por los Profesores del Colegio de Veruela, S. J.—Para traducir, «Curso de análisis y traducción Griega» por D. Canuto María Alonso Ortega y «Lexicon Greco-Latinum» del Dr. E. F. Leopold.  
«Summa Philosophica» auctore Fr. Thoma María Zigliara.  
Principios de Aritmética y Algebra, por don Marcelino Menéndez Pintado.  
Elementos de Historia Universal, por don Félix Sanchez Casado.

2.º	Metafísica especial..... Geometría y Trigonometría..... Historia de España..... Fisiología é Higiene.....	Ocho semanales Tres semanales Tres semanales Tres semanales	Summa Philosophica, auctore Fr. Thoma Maria Zigliara. Principios de Geometría y Trigonometría, por D. Marcelino Menéndez Pintado. Prontuario de Historia de España, por don Félix Sánchez Casado. «Principios de Fisiología é Higiene», por D. Félix Sánchez Casado.
3.º	Ética, Derecho Natural y Sociología... Física y Química..... Historia Natural y Agricultura.....	Ocho semanales Diaria Tres semanales	Summa Philosophica, auctore Fr. Maria Zigliara, y la Cuestión Social, por el P. J. Biederleck y J. Madariaga. Curso elemental de Física experimental, por el Dr. D. Bartolomé Feliú Perez. Historia Natural por D. F. Sánchez Casado, y Lecciones de Agricultura Moderna por el Car. J. Ronsignori.
Todos	Conocimientos Biblicos.....	Domingos	

## SAGRAMA TEOLOGIA

1.º	Teología Fundamental y Lugares Teológicos..... Historia Eclesiástica (1.º curso)..... Arqueología Sagrada.....	Nueve semanales Diaria Dos semanales	Synopsis Theologiae Dogmaticae, auctore Ad. Tanqueray. Compendio de Historia Eclesiástica general, por el Ilmo. Sr. D. Francisco de Asís Aguilar. Elementos de Arqueología y Bellas Artes, por el R. P. Francisco Naval.
-----	--	--	--

<p>2.º</p> <p>Teología Dogmática Escolástico-Positiva.....</p> <p>Teología Moral (1.º curso).....</p> <p>Historia Eclesiástica (2.º curso).....</p>	<p>Nueve semanales</p> <p>Diaria</p> <p>Dos semanales</p>	<p>Divi Thomae Aquinatis Summa Theologiae, et Synopsis Theologiae Dogmaticae, auctore Ad. Tanquerey.</p> <p>Compendium Theologiae Moralis, auct. P. J. Gury et B. P. J. Ferreres. S. J.</p> <p>Compendio de Historia Eclesiástica General, por el Ilmo. Sr. D. Francisco de Asís Aguilar.</p>
<p>3.º</p> <p>Teología Dogmática Escolástico-Positiva.....</p> <p>Teología Moral (2.º curso).....</p> <p>Hebreo (1.º curso).....</p>	<p>Nueve semanales</p> <p>Diaria</p> <p>Dos semanales</p>	<p>Divi Thomae Aquinatis Summa Theologiae, et Synopsis Theologiae Dogmaticae, auctore Ad. Tanquerey.</p> <p>Compendium Theologiae Moralis, auct. P. J. Gury et P. J. B. Ferreres S. J.</p> <p>Gramática Hebrea, por el P. Miguel González, y Biblia hebreaica.</p>
<p>4.º</p> <p>Teología Dogmática Escolástico-Positiva.....</p> <p>Hermenéutica Sagrada.....</p> <p>Hebreo (2.º curso).....</p>	<p>Nueve semanales</p> <p>Diaria</p> <p>Dos semanales</p>	<p>Divi Thomae Aquinatis Summa Theologiae, et Synopsis Theologiae Dogmaticae, auctore Ad. Tanquerey.</p> <p>Historicae et Criticae Introductionis in libros sacros, auctore Rudolpho Cornely.</p> <p>Gramática Hebrea, por el P. Miguel González, y Biblia hebreaica.</p>



<p>1.<sup>o</sup> 2.<sup>o</sup> y 3.<sup>o</sup> Canto Gregoriano.....</p>	<p>1.<sup>o</sup> Decretales.....</p>	<p>2.<sup>o</sup> Decretales.....</p>	<p>Compendium Introductionis in libros sacros auctore P. R. Cornely. S. J.          Institutiones Juris Canonici, auctore Rvdo. P. Mariano Aguilar.          Apología científica de la Fe Cristiana, por F. Duiché de Saint-Projet, traducida por M. y J. Polo y Peirólón.          Curso razonado y práctico de Oratoria Sagrada por el P. Mariano Costa          Derecho español en sus relaciones con la Iglesia, por D. Antolin López Pelaez.          Práctica Parroquial por D. Ramón O'Callaghan.</p>
<p>4.<sup>o</sup> y 5.<sup>o</sup> Teología Pastoral.....</p>	<p>Derecho español en sus relaciones con la Iglesia.....</p>	<p>Oratoria.....</p>	<p>Dos semanales</p>
<p>5.<sup>o</sup> Apolégética.....</p>	<p>Dos semanales</p>	<p>Diaria</p>	<p>Diaria</p>
<p>Instituciones Canónicas.....</p>	<p>Diaria</p>	<p>Diaria</p>	<p>Diaria</p>
<p>Hermenéutica Sagrada (2.<sup>o</sup> curso).....</p>	<p>Diaria</p>	<p>Diaria</p>	<p>Diaria</p>

## DERECHO CANONICO

Prelectiones Juris Canonici, auct. F. Santi et M. Leitner.

Idem

## SECRETARÍA DE CÁMARA

### ÓRDENES GENERALES

Su Sria. Ilma. y Rvdma. el Obispo, mi Señor, ha determinado, con el auxilio de Dios, celebrar órdenes generales mayores y menores el día 17 de diciembre próximo, *Témporas de Santo Tomás Apóstol.*

Los que aspiren á recibirlas presentarán en esta Secretaría de mi cargo, antes del día 30 del corriente, las solicitudes y demás documentos necesarios, conforme á lo prescripto en el Edicto publicado con el mismo objeto en 28 de abril de 1905, y á lo dispuesto en el título XII, parte 3.<sup>a</sup>, de las nuevas Sinodales del Obispado.

Los exámenes se verificarán los días 5 y 6 de diciembre, y los que fueren aprobados entrarán á practicar los Santos Ejercicios el día 8 por la tarde en el lugar que se les designe.

Burgo de Osma, 15 de Noviembre de 1910.

LIC. PRUDENCIO IGLESIAS SÁNCHEZ,  
*Canónigo Secretario.*

### Santos Ejercicios

Lista de los Sres. Sacerdotes que los han hecho el año 1910 en el Seminario Conciliar, bajo la dirección de los Padres Arruza y Velasco, de la Compañía de Jesús.

#### Primera y segunda tanda

*29 de agosto—12 de septiembre de 1910.*

#### CLERO CATEDRAL

M. I. Sr. D. Sinforiano de la Cantolla, Canónigo.

> > > D. Felipe García Escudero, idem.

> > > D. Antonio García Escudero, idem.

> > > D. Donato Lázaro Altalarrea, idem.

> > > D. Victor Hernando, Lectoral.

D. Fructuoso Palacios, Beneficiado.

> Protasio Félix Rubio, idem.

#### CLERO COLEGIAL

M. I. Sr. D. Santiago G. Santacruz, Abad de la Insigne Colegiata de Soria.

D. José Hidalgo, Canónigo.

> Buenaventura Lapuente, Beneficiado.

## SEMINARIO CONCILIAR

- D. José Aguilera García, Catedrático.  
» Pedro del Pozo Ortega, idem.

### CLERO PARROQUIAL

#### Señores Arciprestes

- D. Francisco Soria, Arcipreste de Andaluz.  
» Remigio Sanz, idem de Aranda de Duero.  
» Romualdo Delgado, idem de Rabanera del Campo.  
» Martín Hernández, idem de Torlengua.  
» Severiano B. Pintado, idem de Gumiel de Mercado.  
» Gregorio Pérez Elvira, idem de Aza.  
» Buenaventura Romero, idem de Gormaz.  
» Gumersindo González, idem de Palacios de la Sierra.  
» Simeón Garijo, idem de Hinojosa del Campo.  
» Casimiro López, idem de Cabrejas del Pinar.  
» Celedonio Abad, idem de Santa María de las Hoyas.

#### Arciprestazgo de Almajano.

- D. Manuel del Hoyo, Párroco de El Espino.  
» Casiano Pérez, idem de La Losilla.  
» Valentín Vicente, idem de Aldealseñor.  
» Isidro González, idem de Fuentecantos.  
» Leonardo Calvo, idem de Ventosa de la Sierra.  
» Pedro Rodríguez, idem de Fuentefresno.  
» Roque Martínez, idem de Portelárbol.  
» Benigno Pascual, idem de Suellacabras.  
» Esteban Negredo, idem de Cortos.

#### Almarza.

- D. Hermenegildo Izquierdo, Ecónomo de Gallinero.  
» Laureano Sanz, Regente de Matute,  
» Joaquín Verde, Párroco de Cubo de la Sierra.  
» Lorenzo Ayuso, idem de Tera.  
» Hermenegildo G. Tierno, idem de Arévalo.

#### Andaluz.

- D. Plácido Alvarez, Párroco de Valderrodilla.  
» Juan Lope, Idem de Centenera de Andaluz.  
» Salvador Barrio, idem de La Muela.  
» Nicolás Delgado, idem de Ventosa de Fuentepinilla.  
» Ramón Alvarez, idem de Valderrueda.  
» Víctor Pérez, Ecónomo de La Seca.

#### Aranda de Duero.

- D. Ambrosio Arroyo, Párroco de Castrillo de la Vega.  
» Julián Marfagón, idem de Fuentespina.  
» Cesáreo Martín Balmaseda, Ecónomo de Villalba.

#### Aza.

- D. Crisóstomo Aparicio, Regente de Fuentemolinos.  
» Francisco Pérez, Párroco de la Sequera.

- D. Anastasio Llorente, Ecónomo de Torregalindo.  
» Alfonso Oquillas, Regente de Moradillo.  
» Santiago Crespo, Capellán de Aza Nueva.

**Cabrejas del Pinar.**

- D. Juan Balbás, Párroco de Cubilla.  
» Faustino Frias, idem de Salduero.  
» Pic Ruiz Esteban, Ecónomo de La Muedra.  
» Pedro Navas, Párroco de Muriel Viejo.

**Calatañazor.**

- D. José García Duarte, Párroco de Torralba.  
» José María Igea, idem de Fuentelaldea.  
» Ricardo Rosas, idem de las Fraguas.  
» Hilario Soria, Ecónono de La Revilla.

**Coruña del Conde.**

- D. Eufrasio González, Párroco de Arauzo de Torre.  
» Juan de Dios Navajas, idem de Alcoba.  
» José Gutiérrez, idem de Quintanilla de Nuñ y Pedro.  
» José María Ibáñez, Idem de Hinojar del Rey.

**Derroñadas.**

- D. Ildefonso de Pablo, Párroco de Derroñadas.  
» Bonifacio García, idem de Sotillo del Rincón.  
» Remigio Díez, idem de Villaverde.  
» Nicanor Sancho, idem de Pedrajas.  
» Tomás García Herrera, Ecónomo de Cidones.

**Gómara.**

- D. Daniel Gallardo, Párroco de Aldealafuente.  
» Secundino Alejandro, idem de Nomparedes.  
» Laureano Romero, idem de Tejado.

**Gormaz.**

- D. Francisco Núñez, Párroco de Villanueva.  
» Justo B. Pascual, idem de Modamio.  
» Tomás de Diego, idem de Gormaz.  
» Saturio González, idem de Vildé.  
» Pedro Portillo, idem de Quintanas Rubias de Abajo.  
» Roque Calvo, idem de Morales.  
» Francisco Pinilla, Ecónomo de Fresno.

**Gumiel de Izán.**

- D. Mariano García Rosas, Coadjutor de Gumiel de Izán.

**Gumiel de Mercado.**

- D. Benito Velasco, Párroco de La Orra.  
» Jesús García, idem de Villatuelda.  
» Emilio Palomo, Coadjutor Regente de Gumiel de Mercado.  
» Mariano Martínez, Coadjutor de Sotillo de la Rivera.  
» Nicodemus Aguilar, Ecónomo de Pinillos.  
» Leandro Martínez, Coadjutor de La Orra.

**Guzmán.**

- D. Francisco Monzón, Párroco de Boada.  
» Alfonso Nebreda, idem de Anguix.

**Hinojosa del Campo.**

- D. Fermín Martínez, Párroco de Tajahuerce.  
» Manuel de Diego, idem de Valdegeña.  
» Fulgencio Ruiz, Regente de Pozalmuro.

**Huerta de Rey.**

- D. Gregorio Frías Casado, Ecónomo de Navas del Pinar.  
» Francisco Viñarás, Párroco de Mamolar.  
» Cirilo Sanz, idem de Espejón.  
» Cándido Orcajo, idem de Doñasantos.

**Osma.**

- D. Silvestre Lozano, Párroco del Burgo de Osma.  
» Ildefonso Rupérez, idem de Santiuste.  
» Nicolás del Burgo, idem de Barcebalejo.  
» Primitivo Sanz Merino, idem de Alcubilla del Marqués.  
» Hilario del Amo, idem de La Olmeda.  
» Juan José de Pablo Romero, Ecónomo de Osma.  
» Francisco Agreda, idem de Valdenebro.  
» León Pascual, idem de Lodares.  
» Saturnino del Pino, Sacristán de la Catedral.

**Palacios de la Sierra.**

- D. Pedro Gil Sanz, Párroco de Vilviestre del Pinar.  
» Aureliano de Pedro, idem de Aldea del Pinar.  
» Manuel Sancho, idem de Ontoria del Pinar.  
» Gregorio Alcalde, Ecónomo de Cabezón.  
» Jesús P. Corredor, Párroco de Canicosa.  
» Timoteo Pastor, idem de Rabanera del Pinar.

**Peñaranda de Duero.**

- D. Eustaquio Moreno, Párroco de Zayas de Torre.  
» Ildefonso Alvarez Egido, Ecónomo de Peñaranda.  
» Antonino Ovejero, Regente de Casanova.  
» Manuel de Miguel, Coadjutor de Langa.  
» Juan Romero Pradales, Capellán de Langa.

**Peroniel.**

- D. Eladio Sanz, Párroco de Cabrejas del Campo.  
» Gaspar Vicente, idem de Fuentetecha.  
» José Maza, idem de Tozalmoro.

**Rabanera del Campo.**

- D. Laureano García, Ecónomo de Rivarroya.  
» Hermilio de la Orden, idem de Cubo de la Solana.

**Reznos.**

- D. Pablo López, Parroco de Peñalcázar.

**Roa.**

- D. Jesús María Arroyo, Regente de Oyales.  
» Cayo Benito Eivira, Coadjutor de Roa.

**San Esteban de Gormaz.**

- D. Enrique Hernando, Párroco de Atauta.  
» Isidro Pérez, idem de Velilla de San Esteban.  
» Braulio Almazán, Coadjutor de San Miguel de S. Esteban.  
» Mariano Rupérez, Ecónomo de Ines.  
» Hipólito Pascual, Regente de Olmillos.

**Santa María de las Hoyas.**

- D. Leandro Modamio, Párroco de Espeja.  
» Casimiro Encabo, idem San Leonardo.  
» Deogracias Almería, idem de Herrera.  
» Victoriano Moreno, idem de Fuentecantales.  
» Mariano Olalla, idem de Fuentearmegil.  
» Rafael Peña, idem de Arganza.  
» Celestino Alvarez, Ecónomo de Valdegrulla.  
» Manuel Caballero, idem de Ucero.

**Soria.**

- D. Isidro Martínez Párroco de La Mayor (Soria.)  
» Julián Ballester, Párroco de El Espino, idem.  
» Federico Esteban, Coadjutor Regente de El Salvador, idem.  
» Cipriano Calonge, Coadjutor Regente de S. Juan, idem,  
» Castor Nuño, Capellán del Hospital, idem.  
» Simón Perez, Párroco de Alconaba.  
» Juan Hernández, idem de Martialay.

**Torlengua.**

- D. Pedro Giménez Boj, Párroco de Monteagudo.  
» Eliseo González, idem de Bliccos.  
» Jenaro Lucas, idem de Valtueña.  
» Julián Muñoz, idem de Mazaterón.  
» Elías Nuño, idem de Torlengua.  
» José Pinilla, Ecónomo de Cañamaque.

**Villabuena.**

- D. Blas Lusilla Oliva, Párroco de Quintana Redonda.  
» Juan Agüera, idem de Villacierbos de Abajo.  
» Venancio Sanz Adrados, Ecónomo de Camparañón.

---

**NECROLOGÍA.**

El día 28 de Agosto último falleció, á la edad de 79 años, D. Anastasio del Campo y Angulo, Beneficiado de la Colegiata de Soria; y el día 2 del corriente, D. Cándido Cendoya Zubía, Beneficiado de esta S. I. Catedral, á los 70 años de edad.

Ambos Sres. recibieron los Santos Sacramentos y pertenecían á la Hermandad diocesana de Sufragios del clero.

R. I. P.

## TABLA

*de los sermones que han de predicarse en esta Santa Iglesia Catedral en el año eclesiástico de 1910-1911.*

FESTIVIDADES	DIAS	MES	SEÑORES ENCARGADOS
Dominica 1. <sup>a</sup> de Adviento.....	27	noviembre	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Idem 2. <sup>a</sup> .....	4	diciembre..	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Inmaculada Concepción.....	8	»	M. I. Sr. Provisor del Obispado.
Dominica 3. <sup>a</sup> de Adviento.....	11	»	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Idem 4. <sup>a</sup> .....	18	»	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Natividad del Señor, 2. <sup>o</sup> día.....	26	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Circuncisión del Señor.....	1. <sup>o</sup>	enero.	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Epifanía.....	6	»	ILMO. Y RVDMO. SR. OBISPO.
Purificación de Nuestra Señora.....	2	febrero.	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Dominica de Septuagésima.....	12	»	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Dominica de Sexagésima.....	19	»	D. Manuel Gutiérrez, Catedrático del Seminario
Dominica de Quinquagésima.....	26	»	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Miércoles de Ceniza.....	1. <sup>o</sup>	marzo.	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Viernes.....	3	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Dominica 1. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	5	»	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Viernes.....	10	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Dominica 2. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	12	»	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Viernes.....	17	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Dominica 3. <sup>a</sup> de Cuaresma (San José).....	19	»	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Viernes.....	24	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.

FESTIVIDADES	DIAS	MES	SEÑORES ENCARGADOS
Anunciación de Nuestra Señora.....	25	marzo.	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Dominica 4. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	26	»	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Viernes.....	31	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Dominica de Pasión.....	2	abril.	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Viernes de Dolores.....	7	»	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Dominica de Ramos.....	9	»	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Jueves Santo, Mandato.....	13	»	D. Pcdro L. Rubio, Catedrático del Seminario.
Viernes Santo, Pasión.....	14	»	D. Silverio Velasco Pérez, idem ídem.
Pascua de Resurrección, 2. <sup>o</sup> día.....	17	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Ascensión del Señor.....	25	mayo.	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Pascua de Pentecostés, 2. <sup>o</sup> día.....	5	junio.	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Santisíma Trinidad.....	11	»	M. I. Sr. Canónigo Director de Contabilidad.
Dominica infraoctava del Corpus.....	18	»	ILMO. Y RVDMO. SR. OBISPO.
San Pedro y San Pablo.....	29	»	M. I. Sr. Canónigo Magistral.
Santiago, Patrón de España.....	25	julio.	D. Angel Loza, Beneficiado.
Asunción de Nuestra Señora.....	15	agosto.	D. José Aguilera, Catedrático del Seminario.
Natividad de Nuestra Señora.....	8	septiembre.	D. Alberto Martinez, Catedrático de idem.
Fiesta de todos los Santos.....	1. <sup>o</sup>	noviembre.	D. Protasio Félix Rubio, Beneficiado.

SUMARIO. *Motu proprio* de Su Santidad con nuevas disposiciones contra el *Modernismo (conclusión.)*—S. C. Consistorial: Aclaraciones al anterior *Motu proprio*.—Plan de Estudios del Seminario Conciliar.—Secretaría de Cámara: Anuncio de Órdenes generales—Lista de los Sres. Sa cerdotes que practicaron Ejercicios espirituales en el presente año.—Necrología.—Tabla de Sermones en la Catedral para 1910-1911.